Handschrift

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

predictum Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femoribus eius donec
veniat qui mittendus est Qui mittendus erat ipse est qui ve
nit xpus in quo semine tuo ait deus ad abraham benedicentur
omnes gentes Sicut ibidem ad iacob subiunctum est et ipse erit ex
spectatio gencium Tunc autem veraciter ablatum erat sceptrum de iuda et
dux de femoribus eius quando herodes alienigena regno fuerat
intrusus qui et occidit omnes qui regii generis esse videbantur et
ipm horrandum cum lenitate ac mansuetudine fuerat preventus
Ut ergo iustificaretur in sermonibus suis id illud sermone quod abra
ham promissum fuerat quod inde ad david iuratum fuerat ut tunc
oportebat non longius differri quo sceptrum de iuda sic ablatum
erat et dux de femoribus eius ita defecerat ut contra legem rex
iudeorum ymmo tyrannus sederet in regno hic alienigena predo
advena extraneus homicida | Sequitur capitulum viii

Non solum Symeonem vere crede multos alios tunc temporis qui desideraverant xpm scientes adventus eius tempus iam esse

Qualis tunc putas mentis status iustis civibus erat Quos
autem illius temporis iustos dixerim nisi illos qui fidem et spem
sive expectationem habebant promissionis ad abraham promissionis
ad david iuranti ad abraham iuranti ad david qui vere deo
fidelis dum factus teneret Miserere mei deus ut iustificeris in sermo
b. z. v. c. x. Talium unus ut notissimus de tempore illo symeon
nobis extitit qui in hac fide declamando et reposcendo veritate
dei veritatem promissionis in qua deus maior hominem sponte hominibus
iuravit responsum accipere meruit. non visurum se mortem nisi prius
videret xpm domini Numquid ille tempore solus promissionis eiusdem Symeon
expectator extitit Erant utique et Zacharias et Elizabeth ambo
iusti Erat et Anna prophetissa Erat et Ioseph et maria dicam
adhuc Numquid quia solos istos nobis evangelium notos facit Nullus
preter istos erat qui expectaret fidem et victoriam dei ut in ser
monibus suis iustificaretur et vinceret dum iudicaretur Utique quamvis
herodiane malicie nubes horrida celum obscurarent non pauce
in celo erant stelle luminis eiusdem claritate fulgentes Eiusdem
fidei pulchritudine lucentes et promissionis effectum suspirantes cla
mabat autem multe Sicut itaque in sermonibus suis verax et fidelis deus
appareret Existimo quod mulier illa in utero habens ut supra dictum
est nullo umquam tempore magis parturiendo clamavit numquam magis ut